HIERONYMUS
um 836/859 Seite 36v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

rubigo & ne exi de eam ultra rubigo eius confun
ditur rubigo illius in munditia tua ZEMMA.
Pro eo quod contaminata es tu & non es emun
data ab immunditia tua; & quidem si non fueris
emundata ultra donec impleam furorem meum
in te. Ego dns locutus sum. Et uenient & faciam.
non differam nec miserebor nec de praecabilis
ero, secdm uias tuas & secdm adinuentiones tuas iu
dicabo te. dic adonai dns. Quorum pleraque
de theodotione addita sunt. & uerbum hebrai
cum. ZEMMA pro quo nos exsecrabilem in
munditiam interpretatisumus. illudque abeis
addictum est. quod in hebraico non habetur. & obelo
praenotandum est. Propter ea ego iudicor te iux
ta sanguinem tuum. & iuxta cogitationes tuas
iudicabor te. in munda atque famosa & inimica
adirritandum. Dicamus ergo de singulis. nono
anno captiuitatis regis ioachin. Quinto enim
exorsus est prophetare. & decimo mense eiusdem
noni anni decima die mensis decimi. Factum
est uerbum dni ad hiezechihel prophetam in
babylonis regionib; constitutum. Et dixit. fili
hominis. scribe tibi hanc eandem diem & scito